



Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXII. Si quando masculus & foemina pariter raptum consenserint, infra quinquennium litigetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

de hac causa iurauit, verum & idoneum sacramentum dedit. Ij sunt qui hoc sacramentum exceperunt, manibusque eorum subterfirmauerunt.

XXXII. *SI QVANDO MA-*
sculus & femina pariter raptum
consenserint, infra quinquen-
nium litigetur.

NOtitia, sub quorum præsen-
tia, vbi venies ille ante illum,
vel eos qui subter tenentur inserti,
ibique accusabat aliquem hominem
nomine illū, eo quod aliquam fæ-
minam nomine illam, iam anno ex-
plete sine diffinitione parentum,
vel sine eius clamore, aut vocifera-
tione eam volentem rapuisset, atq;
in coniugio sibi malo ordine con-
tra legem & iustitiam sociasset: qui
iam dictus ille, & præfata illa hoc
denegare non potuerunt: sed in

omnibus taliter fuerunt professi,
quod ambo pariter consentientes,
sic apud eosdem actum vel perpe-
tratum fuerat. Tunc ipsi viri qui ibi-
dem aderant, tale dederunt iudi-
cium, ut secundum legem Roma-
nam, pro hac culpa ambo pariter
vitæ periculum incurrisse, vel sen-
tentiam mortis ob hoc scelus exce-
pissent. Sed interuenientibus bonis
hominibus, taliter eis conuenit, ut
iam dicti homines pro redemptio-
ne vitæ eorum, vadis suos iam di-
cto illi unusquisque pro solidis tā-
tis dare deberent, quod ita & fece-
rūt, & ad hoc placitum institutum,
quod eueniet tunc temporis hoc
debeant desoluere. Vnde & fideiuſ-
forem pro ipsis solidis, aliquem ho-
minem illum obligauerunt. Pro-
pterea necesse fuit ipsis, ut hāc noti-
tiā exinde accipere deberent: quod
ita & fecerunt, ut si necessitas eue-

nerit omnibus sit manifestū, qualiter supradicti homines infra quinquennium ab hoc scelere conuicti, vel comprobati apparuerunt.

XXXIII. *IUDICIVM EVIN-
dicatum.*

Ille Rex vir inluster, illi Comiti. Veniens ille in nostra, vel procerum nostrorum præsentia, sugges- fit, eo quod aliquis homo nomine ille pagensis vester, cum in via malo ordine adsallisset, & res suas ei tulis- set, vel grauiter ipsum liuorasset: & ob hoc vobis per nostram ordina- tionem iussimus ut datis fideiussori- bus KL. illis ex hoc in nostra præ- sentia debuissent adstare rationan- tes: sed memoratus quidem ille per triduum suum custodiuit placitum, & iam dictum illum secundum le- gē adiectiuit, vel solfatiuit, qui nec ecsonia nuptiauit, nec suum placi- tum